

Juppiter pingebatur in throno eburneo in sua maiestate sedens sceptrumque regium manutenens, fulmina etiam altera manu inferius mittens et gigantes repressos fulmine tenens sub pedibus et conculcans. Iuxta eum erat quedam aquila, que volabat et que inter pedes suos quendam pulcherrimum sc. *Ganymedem* rapiebat. *Jupiter* dicitur quasi iuvans pater. Per *Jovem* enim intelligunt ignem poete sive calorem. Nulla enim res sic fovet omnia. ... *Juppiter*, qui et ether dicitur, celorum possidet principatum ... aquila est nimii caloris a deo etiam, ut ova, quibus supersedet, posset decoquere, nisi agatem lapidem frigidissimum adhibeat. Aquila etiam acutissime videt ... *Juppiter* enim rex erat Crete ... qui...

in victoriae auspiciu aquile sibi adesse prosperum videt volatum; cuius cum vicisset augurio, in signis bellicis aquilam sibi auream fecit, et quia auspiciu⁵²⁾ id victoriae consecuta est, fictum est, quod et aquila dimicanti fulmina ministrat. Unde a felici augurio natum est, ut aquile militum castra sequantur, et ideo Romani in suis signis bellicis aquilam fecerunt, ut et sicut hec est rex avium, sic ipsi principatum in mundo generalem se obtinere putabant.

Jovem intelligunt poete ignem sive calorem, quia nulla res sic omnia fovet ut calor; unde pingitur a poetis homo sedens in throno eburneo in sua maiestate sceptrumque regium manutenens, fulmina etiam altera⁵⁰⁾ manu inferius mittens et gigantes repressos fulmine tenens sub pedibus (et)⁵¹⁾ conculcans. Iuxta eum vero erat quedam aquila volans, que inter pedes suos *Ganymedem* pulcherrimum puerum rapiebat.

Aquila est animal calidissimum a deo, quod cubando eius ova exureret, nisi

Gagatem lapidem frigidissimum ovis in nido apponeret; et acutissime videt; et *Juppiter* erat rex Crete et auspiciu victoriae contra hostes ab aquila pugnando suscepit,

unde sibi

aquilam auream fecit, et quia auspiciu consecuta victoria (est)⁵³⁾, ortum est,

ut signum aquile

militum castra sequantur, et ideo principes Romani in eorum bellicis signis aquilam pinxerunt, quia sicut aquila avium, sic ipsi principatum in mundo generalem se habere putabant; quo⁵⁴⁾ significando bellicas proprietates Romanus imperator pro tempore utitur, licet infructuose temporibus istis. T. Verd-
(ensis)

⁵⁰⁾ Hs.: alterna.

⁵¹⁾ Hs.: et fehlt.

⁵²⁾ Druck: anspiciu.

⁵³⁾ Hs.: est fehlt.

⁵⁴⁾ Sc.: quo signo, Hs.: que.